



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De fugatis è templo negotiatoribus. Ioan. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

ris facibus inflamarit. O quam felix,
quisquis sic à Christo respici meretur!
Zelus animarum, amor Iesu & vocationis.

II. Philippus similiter postero die à
Christo ad sequendum se innatus;

Nathanaelem aduentu veri Messiae
monitum secum ad eundem ducit
quanto Philippi zelo, Nathanaelis
bono, Christi gaudio? Affectus ijdem.

III. Videns Iesus Nathanaelem ad se
venientem dicit de eo: Ecce verus Ira-
elita, in quo dolus non est. querentiq; il-
li: Vnde me nosti? ait: Priusquam te
Philippus vocaret, cum essem sub sicula, vidi
te. moxque is mirè illuminatus & in-
flammatus exclamat: Rabbi, tu es Filius
Dei, tu es Rex Israel.

Quanta bonitas & charitas Christi
erga rectos corde, quos sic oculis mi-
sericordiae respicit, in innocentia con-
seruat, gratia præuenit, vocat, illumi-
nat, inflammat? Gratitudo, amor Iesu
& vocationis.

IV.

Defugatis è templo. Ioan. 2.

I. Christus circa Pascha è Capha-
nao Ierosolymam ascendit, tem-
plumque negotiatoribus referunt re-
periens misericordiam in doluit, cum videret nō
solum

solum toto orbe diuinum cultum æterno Patri debitum, in tot delubris demonibus sacrilegè tribui, sed in ipso etiam vnico templo, veri Dei laudibus & sacrificijs dedicato, res profanas tractari, lucra quæri, quæ Dei sunt, negligi. At quanto intensius doluit, præuidens subsequentibus sæculis eriam à fidelibus, imò à tot diuino seruicio consecratis res diuinas tam oscitanter tractari, imò toties profanari, tam parum & frigidè diuinæ gloriæ & saluti aliorum promouendæ inuigilari, tam audite sollicitèque lucris temporalibus, voluptatibus, & honoribus inhiari! Dolor de cultu diuino passim neglecto, & nostra in rebus diuinis socordia.

II. Et facto è funiculis flagello, omnes eiecit è templo, nummulariorum effudit æs & mensas subuertit, & vendentibus columbas dixit: *Auferte ista hinc.* Quam feruens & intrepidus fuit hic zelus Saluatoris, vt solus omnes illos templi profanatores aggredi auderet! quam fortis & potens, vt omnes penè exanimaret, & sin stuporem verteret! quam denique suavis & benignus, vt non acrius in illos sœuireret, sed paterno flagello potius terreret?

Hh 5

Ar

felix,
retur.
voea.
o die
atus;
Iessiæ
ducit
naelis
jdem.
ad se
s Ira-
q; il-
am n
, vidi
& in-
Filius

hristi
s mi-
con-
umi-
or le-

phar-
tem-
n re-
et no-
olum

At quanto ille eius zelus feruentior, fortior, potentior, & benignior fuit, quod tam diris postmodum flagellis dilaniandum se vtro offerre dignatus sit, vt ab æternis nos cruciatibus liberaret! Amor, gratitudo, zelus gloriae Dei fortis & suavis.

III. Quærentibus Iudæis signum ad comprobandam potestatem istud audiendi, duplex ijs signum assignat: Soluite templum hoc, & in tribus diebus exsirabo illud. quod illi non intelligentes calumniantur. O quale signum infinitæ eius charitatis, quod templum corporis sui, in quo habitat plenitudo Divinitatis corporaliter, permiserit per diuissimos cruciatus dissolui! quale signum eiusdem diuinæ potentiaz, quod propria virtute illud dissolutum gloriosius resuscitarit! Amor, gaudium de gloria Christi, fuga temerarij iudicij.

v.

De Nicodemo. Ioan. 3.

I. Nicodemum genere & doctrina nobilem nocte clam, ob respectum humanum, venientem ad se Iesus benignè excipit, nee statim eum reprehendit, sed sensim in cognitionem propriæ ignorantiaz deducit, ac dein.